Regulam Falsi simplicis positionis usurpare. Ingratum vel placitum assumatur Numerus aliquis, qui datas quaestionis propositae circumstantias recipiat, isque eandem quaestionis tenorem examinetur: et si partes eius Numerum datum exactè constituerint, Numerus positus erit is ipse, qui quaerebatur. Sin autem fictus vel hypotheticus Numerus aberraverit, adhibeatur Regula de Tri, locoque ipsius primo ponatur summa partium reperta s. Numerus inventus: secundo loco Numerus hypotheticus ponatur, ac 3tio Numerus propositus. Factâ namque operatione prodibit ipse verus quaesitus.

E. g. Cuidam Lusor de pecunia suâ perdidit, $\frac{1}{3}$ et $\frac{3}{5}$ residuum tristis numerat domum reversus, perspicitque sibi adhuc 24. R. superesse. Quaeritur, quantum pecuniae ab initio habuerit: deprehenduntur 360. R.

CXXX.

XXXIX. Propositio.

Probatio Regulae Alligationis.

$32\frac{8}{11}$
$10\frac{10}{11}$
$10\frac{10}{11}$
$65\frac{5}{11}$ Adde Fract.

Divid. $\frac{33}{11}$ (3. haec adde integris

32
10
10
65
3
120 Summa prob.

Regula Falsi, simpl. posit.

Summamque 45. R.

$\frac{45}{3}$ (15 R. et $\frac{1}{3}$

$\frac{45}{5}$ (9 R. hoc $\frac{1}{5}$ sed hîc perdidit $\frac{3}{5}$ ergo 9. per 3. multipl.

$\frac{9}{3}$

Aggreg. par. Num. 27 et $\frac{3}{5}$ Adde 15. et 27. provenit ipse numerus 42. R

42. R

subtr. 45 Num. assumtus.

Differ. 3 at debebant esse 24. R.

R. 3 dant R. 45 quot 24

24

180

90

1080 divid. $\frac{1080}{3}$ (360. R. Numerus verus quaesitus.

Regula Falsi dupl. positionis.

Regulam Falsi duplicis posi-
nis adhibere. 1. oblata quæstio-
fingatur p arbitrio Numerq ali-
& cum ipso rtm datas expti circ-
staas pcedat. Siq ex Numero p-
Numerq datq elicitq, assumtq ips-
merq p qsito vero retineat. Sin N-
rus inventq ipsi dato o gronet,
cepta: illiq à dato diffræ cum N-
mero suo hypothetico seorsim -
gnatæ interponat signum plus
vel +. si datq inventq excesse-
aut minq M. vel ÷ si inventq
dato defecerit. –

2. Fingat p arbitrio Numerq -
vel Major vel Minor, & cum illo
mitr rtm oes expti circumstaas p-
dat: Siq Numerq datq qsitutq,
hic Numerq p vero retineat: si
et altâ positione aberret, iterum
venti Numeri à dato diffra ingr-
eaq cum suâ hypothesi & signo p-
minq priori diffræ subscribat.

3. Jam evallâ hypotheses p di-
multiplicent & pducta asservent.

4. Si signa utrobiq st similia,
ambo plus ++ vel ambo minq ÷
relictq pductor dividat p diffrãn-
rentiarum: Si v. signa sint dissim-
aggregatq pductor dividat p su-
differentiar, & Quotiens inventq,

Numerus verus quæsitus. Uni„
cum & quidem illustre Exptm appone„
mus ex Vitruvio l. 9. c. 3. Hiero Sy„
racusanorum Rex, diis aliqn suis in
Fano votivam ex Auro puro Coronam
pretio imani positurq, Aurum Aurifi„
ci purum ad sacoma appendit, q sub„
tractâ certâ auri portione, massæ reli„
quæ tantundem Argenti comiscuit, &
Coronæ subtiliter inde fabrefactæ pondq
visq ê Regi ad sacoma pstitisse. Pro„
cedentib. autem postea Auri argento a„
dulterati indiciis, Rex fraudem ægrè
ferens pcepit Archimedi Mathematico,
ut de furto inveniendo cogitaones susci„
peret. Is meditaoib. hisce occupatq, cùm
in Balneo forte fortuna in Solium de„
scendens animadverteret, tantq subinde
aquæ exire effluxisse, qntq sui cor„
poris, illi immergerent; Species gravitatq
in distinctis Metallis, pondera distincta
in eadem mole corporeâ exhibentib. re„
cordatq, p gaudio statim ex solio exiliit
vestiumq & dignitatis suæ oblitq domû
nudq petiit, subinde exclamans: Εὕ„
ρηκα, Εὕρηκα. Tum v. massas duas
ejusdem cum Coronâ ponderis accepit,
argenteam unam, auream alteram:
Vas insup amplum ad labra summa
replevit aquâ, in q (vas) ordine imisit
massas duas, argenteam auream, tum

20. Augusti ♃ h. 8.

Exptm ex Vitruv. l. 9. c. 3.

Posit. I. Opad:

℔ massae auri dant — ℔ aquae — ℔

8 — 6 — $\frac{4}{}$ 5 Fac. $3\frac{3}{4}$. $\frac{3}{4}$ Adde.

massae argent: 8 — $\frac{4}{}$ 3 Fac. 3. $\frac{3}{4}$ F.

Sum aq. effluxe $6\frac{3}{4}$ At debib: ee 7.

Subtr. $\frac{1}{4}$ differ ÷

Multi 8 / 3 / 24 / 8 (3 — Multi 6 / 5 / 30 / 8 ($3\frac{6}{8}$ vel $\frac{3}{4}$

Posit. II

℔ massae aur. — ℔ aquae — ℔

8 — 6 — $\frac{4}{}$ 3 F. $2\frac{1}{4}$. $\frac{5}{}$ Adde F.

massae argent 8 — $\frac{4}{}$ 5 F. 5. $7\frac{1}{4}$ At debibee fui. ee 7. differ +.

Multi 8 / 5 / 40 / 8 (5 — Multi 6 / 3 / 18 / 8 ($2\frac{1}{4}$

I. hypothes. 5. ℔ auri ÷ $\frac{1}{4}$ 5 — $\frac{1}{4}$ product. I

II. hypothes. 3. ℔ auri + $\frac{1}{4}$ 3 — $\frac{1}{4}$ product. II

$\frac{2}{4}$ Aggreg. differ. — $\frac{5}{4}$

$\frac{2}{4}$ X $\frac{8}{4}$ $\frac{32}{8}$ (4 ℔ auri quaesita. — $\frac{3}{4}$ Adde

8 Libra integr. — $\frac{8}{4}$ Aggreg. product.

4

4 Librae arg. in Cor.

Probavis Expl.

$\frac{360}{333}$ (120 p $\frac{1}{3}$

$\frac{360}{5}$ (72 p $\frac{1}{5}$ at debeb. ee $\frac{3}{5}$

73 / 3 / 216 — 120 / 216 Adde. / 336 tum perdidit lusor.

ipsam et Coronam, et aquam ad sin-
la effluentem diligenter exceptam Sextario
mensuravit, ac collatis invicem por-
tionib. deprehendit minimum aquae ad massam
Auri, plus ad Coronam, plurimum ad ar-
genti massam effluxisse, indeque furtum arti-
ficis ingeniose collegit. Cum ita simpliciter
Vitruvio commemorantur, praxi ipsa illustran-
da. Fingamus igitur nos Exercitii gratia,
Coronae, tum massae utriusque pondus fuisse
℔ 8. et ad auream massam effluxisse
℔ vj. aquae, ad Coronam ℔ vij. ad argen-
team ℔ viij. Quaeritur his positis quanta au-
ri et quanta argenti portio in Coro-
na fuerit? Posito primum Coronam
tantum Auri ℔ v. habuisse, et admixtas
fuisse ℔ iij. argenti, aberrabitur ÷ $\frac{1}{4}$
iterumque posito Coronam habuisse ℔ iij.
auri et admixtas ℔ v. argenti, aber-
rabitur + $\frac{1}{4}$ indeque statim invenietur
fuisse in Corona ℔ iiij. pondus dimidium
Auri dimidiumque Argenti.

CXXXI.

XL. Propositio.

PROBA. Regulam Falsi examinare. Si nu-
merus inventus juxta quaestionis circumstan-
tias datarum partium denominationes ter-
minatus numerum datum fecisse exhibet,
Operationem minime falsam fuisse intelligimus,
ut in datis supra Exemplis.

Fuit Logistica Vulgaris quae ex apud

CXXXII.

LOGISTICA ASTRONOMICA, quæ est pars Arithmeticæ Practicæ, Fractiones Astronomicas ordine semper sexagenario distributas tractãs.

CXXXIII.

Sicut n. aliàs Numeri integri vulgarit in partes quotcunq́ & qualescunq́ pro necessitate vel arbitrio frangi posunt & solent: ita præsertim integra apud Astronomos occurrentia in partes itidẽ non quascunq́ pro lubitu, sed pro instituto com̃odoq́ illoꝝ & compendio longè artificiosissimo in sexagesimas tantũ continua subinde successione vel Majores colligunt, vel minores resolvunt.

CXXXIV.

Et habent sanè Numeri hi Astronomici tùm Notationem et Enunciationem, tùm Computationem h. e. ADDITIONEM, SUBTRACTIONEM, MULTIPLICATIONEM, & DIVISIONEM, per viam cũ vulgarium Numeroꝝ tractatione convenientem quoad ipsam videl. Essentiam et formam illaꝝ specierum internã; quoad operationes tn̄ exprxes à vulgatà Numeroꝝ Doctrinâ non parum discrepantem.

CXXXV.

Omnis a. res numerabilis, quæcunq́ apud ASTRONOMOS occurrit, & quod

21 Augusti ♀.

°5. gradus.

M D
novi mens. 9. 14. quatuordecim dies.

motum circularem gerrnit, ut Gradus, (Signum, tametsi apud Astronomos integri nomine veniat, Sexagenariam Astronomorum computationem ppriè admittit;) vel Tempus distinguit, ut Annus, Mensis, Dies, Hora; vel Distantias respicit, ut Semidiameter terræ, milliare Germanicum &c. vocatur Totum s. integrum, & tandem hîc valet, quod in Logisticâ vulgari Unitas.

CXXXVI.

Huius character tanquam Denominator more nunc recepto est circellus, supra ipsum integrorum Numerum ceu Numeratorem appositus hoc modo: °6. °12. °24 &c quanquam circelli pro Gradibus denotandis adhiberi solent °5 (gradus) pro reliquis autem Integris notandis usitatius literæ ipsorum initiales suprascribantur, ut 9. 14. (M over 9, D over 14)

CXXXVII.

Quemadmodum v. Unitas apud Logistas vulgares vel augeri pt, vel major subinde constitui; vel minui in partes quotcunque frangi; sic & integra hîc Astronomica in infinitum quinque partes vel majores aggregantur, vel minores subtiliores distribuuntur: quæ peculiari nomine a nonnullis appellitantur Fractiones vel Minutiæ Philosophicæ Physicæ, & Astronomicæ.

CXXXIIX.

Atq; in hac ipsâ Numerorum s. collectione s. resolutione, erudita & ingeniosa Astronomorum antiquitati imprimis placuit ordo Numerusq; sexagenarius, ob comoditatem, quam in se continet, quamq; intra centenariū aliq; nullus habet, qa nimirum partes multiplices vel aliquotas plurimas obtinet, ut semissem (30) ½. trientem (20) 3. quadrantem (15) 4. quintam (12.) 5. sextantem. (10) 6. decimā (6) 10. duodecimam (5) 12. qndecimā (4) 15. vigesimam (3) 20. trigesimam (2) 30.

CXXXIX.

Sortitur autem hæc distributio integrorum sexagenaria denominationes alias in Augmentatione, alias in Minutione.

CXL.

Ex Auctione integrorum proveniunt Fractiones s. Denominationes majores vel ascendentes, q̄ ἑξηκοντάδες vel sexagenæ nuncupantur, & ab invicem adjectis Numeris ordinalibq; prima, secunda, tertia, quarta &c. iuxt Numerum magis minusvé ab integris versus sinistram remotæ, discriminanturq;. Ex 60. namq; integris componitur una sexagena prima.

Quæritur, cur Astronomi Veteres numerū 60. elegerint? R: Veteres Astron. deprehenderunt qd Sol suū circulum absolvat in dieby, jamq; animadverterūt q singul. dieb. absolvat unā particulam & qm circulū aliquem duxerunt, viderūt q radium (s. semidiametr.) ejusdem circumferentiā circuli sexies metiatur, & tunc sextam aliquā partem circuli diviserūt in 60. partes, & sic circulū totū distribuerūt in 360. partes s. Gradus: qa igr Numerus iste aptus fuerit et ad multa alia, illū receperūt dixerunt.

60	1
30	2
20	3
15	4
12	5
10	6
6	10
5	12
4	15
3	20
2	30



24. Augusti ☽. hora 8.

Cū Astronomi hnt 60. gradus sic scribunt 1ª (una sexagena prima) item 180. gradus 3ª (tria sexagena prima.

ex sexaginta sexagenis primis una
sexagena secunda, ex sexaginta se-
xagenis secundis una sexagena ter-
tia, & ita consequenter in infinitum
vel quousq́ libuerit aut opus fuerit
à dextra sinistrorsum ascendendo
majores subinde denoīationes p̄du-
cuntur.

CXLI.

Characteres ipsarum st Numeri
vulgares Arabici cum apposito
Diphtongo æ. ut duodecim primæ
$\overset{1æ}{12}$. tredecim secundæ $\overset{2æ}{13}$. quatuor-
decim sexagenæ 3tiæ $\overset{3æ}{14}$.

CXLII.

Ex Minutione s. resolutione inte-
grorum oriunt Fractiones seu
Denoīationes minores vel descen-
dentes, quæ denuó (scil. ...
Minuta vel Scrupula, item ...
κοσά sexagesima n̄oiant, & eo...
modo ut sexagenæ ab invicem
adjectis Numeris ordinalib9 pri-
ma, secunda, tertia, quarta &c.
nimir magis minusvé ab integ...
torsus dextram recedunt, disting...
Quodlibet n. integrum dividit in
60. minuta prima, qlibet minutum
primum in 60. scrupula secunda
quodlibet 2dm in 60. scrupula ...

ita conſequenter in infinitum, vel quousq; libuerit aut opus fuerit, à ſiniſtrâ dextrorſum deſcendendo minores ſubinde Denominationes acquirunt.

CXLIII.

Characteres horum æmulantur Characteres Numerorum Romanorum, obliquè tn efformatos, ut 3^{I} tria scrupula prima, 4^{II} quatuor secunda, 5^{III} quinq tertia, 6^{IV} sex quarta, 7^{V} septem quinta, 8^{VI} octo sexta, 9^{VII} novem septima, 10^{VIII} decem octava, 11^{IX} undecim nona, 12^{X} duodecim decima.

CXLIV.

Ordo igitur s. diſpoſitio integri cum Fractionibus suis & Majoribus & Minoribus ita ſe ht:

6a, 5a, 4a, 3a, 2a, 1a, . 0 . I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. &c.

Integra.

Siniſtra pars aſcendens Denominationum Majorum.

Dextra pars deſcendens Denominationum Minorum.

CXLV.

I. Propoſitio.

Numeros Aſtronomicos ad invicem addere. Numeris addendis ſibi invicem directè ſubſcriptis, ac ſimilibq ſub ſimilib. collocatis, . l'sexa-

Additio.

genis sub sexagenis, gradib. sub gradibus, & minutis sub minutis factoq; à dextris s. denominaõis minoris Numeris initio, denominationes singulæ in unam summam colligantur & collectum directè sub lineolâ ductâ annotetur siq; contingat ut particularis quæ suma Sexagenario major evadat, tùm 60. quoties poterit abjiciantur, ac p sexagenariis singulis abjectis (ut in Logisticâ vulgari denariis singulis) singulæ Unitates Numeris speciei p̃ximæ majoris adjiciantur, servato residuo vero aggregato: ut scire cupio summam seqq. Numerorum:

3æ	2æ	1æ	°	′	″	‴	⁗	
2	4	5	29	18	16	47	24	} Nu[merus]
5	4	4	27	49	59	54	37	}
3æ 7	2æ 8	1æ 9	° 57	′ 8	″ 16	‴ 42	⁗ 1	Su[mma]

Aliud Exeplm.

3æ	2æ	1æ	°	′	″	‴
	56	48	29	39	59	58
	59	59	56	53	48	59
1	56	48	26	33	48	57

CXLVI.

II. Propositio.

SUBTRACTIO.

<u>Numeros Astronomicos ab in-</u>
<u>vicem subtrahere</u>. Numeri à quibus
Subtractio fieri det, ut in Logisticâ vul-
gari, loco superiori, subtrahendi infe-
riori collocentur, ac inchoetur à dextris
s. minimis Numeris, indè versus
sinistram continuè progrediendo, et
numeros semper similes à similibus
auferendo. Siquis eveniat ut aliquando
inferior Numerus major, à minore
superiore subduci nequeat: ex sequen-
te proximè Denominatione majore U-
nitas mutuò sumatur, eaque (ut in
Logisticâ vulg. denarius) in valorem
suum resoluta, dicto Numero su-
periori à quo ~~[illegible]~~ Subtractio fieri
debet, adjiciatur, et operatio postmodum
continuetur: residuo sub lineolâ du-
ctâ adscripto. E.g.

°	′	″	‴	iv	v
18	39	^{6}4	30	52	^{6}8
10	17	9	12	14	19
8	21	55	18	37	49

Licet autem ἄλογον videatur Numerum
inferiorum ad sinistram ultimum majo-
rem Subtrahi debere ex Numero su-
periore minore: in Supputationibus tamen mo-
tuum coelestium accidere solet frequenter

25. Augusti d. 1. 8.

ut Subtrahendus Numerus ad sinistr
ultimus in Signis, Sexagenis, vel et
dibus superiorem, ex quo subducdis
debet, excedat. Itaq; quoties infer
Numerus major ex superiore Numer
minore auferendus venit, circulus
gen Sex sexagenarum primaru
vel duodecim Signorum, put
noiao requirit, denuò tanq; ad a
rejectus assumatur, ac superiori mi
adjungatur, quo demum Subtra
absolvi queat. E.g.

Nota qlibet circulus tot sex sexagenas primas, ut Duodecim Signa.

	Sa	o	'	''	'''	iv
6 adde	3	47	51	23	35	16
dic 5. 49. reliq. 64	5	18	39	42	54	27
	Sa 1 4	o 29	' 11	'' 40	''' 40	iv 49

Sic:

	Signa	o	'	''
12 adde	7	24	38	56
dic 11. 8. 19.	11	19	45	59
	Signa 8	o 4	' 52	'' 57

CXLVII.


III. Propositio.

Multiplicatio.

Numeros Astronomicos Mu
plicare. In Multiplicatione et
sione Numerorum Astronomic
operosior paulò est Ratio, quàm in

dem vel Additione vel Subtractione.
Cum n. Astronomici isti Numeri se„
xagenario semp ordine, ut ex supio„
ribus gstat, pcedant, & 60. nunquā
excedant aut excedere debeant: fit,
ut primo statim intuitu cognosci ne„
queat, quam Numeri ex duorum
quorumcunq (Decaticorum ptm ac
mistorum, Sexagenario tn minor)
in se invicem Multiplicatione pve„
niant, aut qualis Quotiens ex Nu„
meri uniq in ppositos geminos Di„
visione emergat. Sed huic difficul„
tati molestā qualicunq comodissimè
succurrit peculiaris Sexagenarum
& Scrupulorum Sexagesimorum
Canon expeditissimq, q ipsas et Mul„
tiplicationes ac Divisiones Astrono„
micas ita sublevat, ut ferè dubitari
queat, utrum vulgares an Astro„
nomici Numeri citiq invicem Mul„
tiplicari aut dividi valeant. Hq
q. Canonis duplex circumferri usi„
tatè solet forma, una qd. quadran„
gularis s. oblonga, q p continuam
subind Numerorum capitalium
ad seipsos atq ad aggregata Addi„
tionem ab Unitate usq ad 60. ordi„
ne gstituit. Cqmodi Canon in paucis

Emi hunc Canonem g 1. 2.
hic Witteb.



Triang. rectang. æqcrur.



Trapec. scal.



Triang. scal.

26. Augusti ☿ h. 8.

aliquot chartis seorsim tu venalis
sub M. Sebastiani Theodorici Wins-
hemii nomine recusq et editq ao 16
Altera verò Triangularis est rect-
gula æqcrura, peculiari tabella in-
clusa: sivè ea sit integra, com-
plectens cùm in latere sinistro de-
scendente, tùm in calce et hypo-
nusâ (ὑποτείνουσα) Numeros ab
usq; ~~minores~~, q qd. Canonis forma ob-
vitatem, utpote prioris dimidia, et
cilitatem ad usum foret aptissima
sivè ob chartæ angustiam fracta
ac soluta in partes duas, quarum
altera existat Trapecia scalena
complectens in latere sinistro desc-
dente Numeros ab Unitate usq
60. in calce et hypothenusâ N-
meros ab Unitate usq ad 30. e
latere dextro descendente Num
à 30. usq ad 60. alteraq Trian-
laris scalena, continens tanc it
cum in fronte et hypothenusa, t
latere dextro ascendente Numer
31. usq ad 60.
Usus et introitus gratis Canonis ge-
est duplex: Lateralis et Arealis. La-
teralis est quo Numeror propositor
in lateribq accipitr, ac quæsitq in
tabulæ in comuni Laterum gen
Angulo comuni offenditr, qq tant

tiplicaõe usurpat. Arealis v. est, quo
ppositorum Numerorum alter in area Ta-
bulæ, alter in alterutro Laterum sumit,
et Numerus quæsitus in reliquo Latere in-
venit; quo solum in Divisione uti
solemus. In utraque v. tam Multipli-
catione quam Divisione duo ulterius capita
principalia sunt attendenda:
1. Ipse Opaõis modus, et 2. legitima spe-
ciei emergentis Qualitas.
Ante oia igr Multiplicaõis absolvendæ
modum quod attinet, ppositis duobus Nu-
meris invicem Multiplicandis
1. Numerus major vel plurib. spebus
constans, tanquam Multiplicandus supne, et
minor vel pauciores spes habens
tanquam Multiplicans inferne collocetur,
ita qdem ut prima versus dextram
Multiplicantis spes directe constituatur
sub primâ Multiplicandi sive ejusd.
sive diversa spei existat: secunda
sub secundâ, tertia sub tertiâ, atque
sic ordine versus sinistram progredien-
do: Numerisque hoc modo dispositis
Linea, ut fieri solet, transversa sub-
ducatur.
2. Prima Species Multiplicantis du-
catur ordine in spes singulas Multi-
plicandi, adhibendo Canonis figu-
ram vel priorem quadrangularem,
quærendo Multiplicantem in fronte,
Multiplicandum in Latere sinistro

descendentu: vel posteriorem Tri-
gularem, s. integram et accipie-
do minorem in hypothenusa vt
ce, majorem in Latere; seu Tra-
et sumendo Majorem in hypothe-
sâ vt calce vt fronte, majorem
latere sinistro s. dextro, Trapez-
dem cùm Numerq dato uterq v-
altius tm 30. minor fuerit; Tri-
guli v. cùm Numerq uterq 30.
titerit major: et ubiq in angu-
communi offendeu pduct, cq par-
xtra infra lineam directe sub
Multiplicante, sinistra loco post
nistram uno remotq apponeh.
3. Specie Multiplicantis primâ
oes Multiplicandi spes ductâ,
prsq modo p reliqs et Multiplic-
spebq, si quae adsunt, ordine ag-
pducti primi parte dextrâ sem-
sub ista spe q Multiplicat ass-
ptâ, et parte reliquâ cum ca-
ordine pductis versus laevam
junctâ: Discriminis et evident-
caâ, et confusionis vitandae gr-
singulis semper singulax Mu-
plicantis sperum pductis, jux-
quordam peculiari punctatâ
subductâ, q tn recteq omitteh.
4. Peractâ tandem Multiplicatio-
inventis partialib. pductis unitos

quædam Linea transposa comunis subducatur, eiq; subscribatur productorum horum particularium omnium Sum̃a, construet ipsum product totale quæsit.

E.g.

°	′	″	‴	iv	v	vi
23	19	28	39	45	29	32
						24

9	7	11	15	18	11	12	48
	12	36	12	36	0	36	
9	19	47	27	54	11	48	48

Aliud Exptm.

°	′	″	‴	iv	v
18	13	24	19	29	14
			12	19	15

		4	3	6	4	7	3	30
			30	15	0	45	15	
	5	4	7	6	9	4	26	
		42	7	36	1	11		
3	2	4	3	5	2	48		
	36	36	48	48	48			
3	44	31	39	57	5	55	44	30

Hæ punctatæ lineæ reliq[ua] alias omittuntur.

CXLIIX.

IV. Propositio.

Speciem ex Multiplicatione emergentem cognoscere. Cognoscitur ea partim generaliter, partim specialiter.

28. Aug: ♀.

1. Generaliter: Numerus, qui producitur ex mutuâ duorum Multiplicatione totidem intervallis distat à Multiplicando, quot distat intervallis Multiplicans ab integro, veluti Unitate,

Axioma.

V.g. 34 (ia)
20 (")
11 20

Canon.

ut VI. p 1. multiplicata, dent VII. v. III. multiplicata dent VIII. Deinde [...] cialiter, 1. integra in quamcunq[ue] nominationem Multiplicata [ea]s semp[er] denominationem restituant, ut 2æ ut 3æ p o. (~~integra~~ gradus) Multiplicata dent I. II. III.

V.g. 16 29 (" ''')
0
7
1 2 13
52
1 54 13 (" ''')

V.g. 16 29 (ia 2æ)
1
7
1 2 13
52
1 54 13 (" ''')

2. Species eiusdem Generis ~~[illegible]~~ vicem Multiplicata gignant eiusd[em] Spem, q[uae] ex Denominatione Sp[eci]er[um] Multi plicatarum additâ colligitur, ut si[c] 6. & 1. addita faciunt 7. Sic in [mul]tiplicata VI. & I. (sexta & prima) effi[ciunt] VII.

3. Si diversi g[ene]ris Sp[eci]es invicem [mul]tiplicandæ veniunt, Numerus not[æ] minor subtrahatur à majori: resi[duum] ostendet spem p[ro]venientem q[uae] ref[ertur] vel ad integra si utrobiq[ue] Num[erus] æqualis ab integro abfuerit: v[el] sub eius Numeri genus, q[ui] longi[us ab] integro distat, aut cuius nota [major] existat, ut 1a p 1. (prima) multi[pli]catæ dent o. (gradus) ~~[illegible]~~. Qui modus [tum] cum gradis tum specialis uni[us] Disticho memoriæ causâ comprehen[sus] habetur:

sexagena 3tia p[er] scru pula 1a multiplicatæ dent 2as. E.g. 34 (3æ)
20 (')
11 20 (" ''')

Unius adde notas g[ene]ris: sed deme [...]
Ultima p[ro]ducti p[ro]venit inde nota [...]


V. Propositio.

Numeros Astronomicos Dividere.

j. Si Divisor unicâ duntaxat Spe" constet, ponatur subter Dividendum, ita tn, ut mediis duabq parallelis Speciei Dividendæ à Dividentibq separetur: sin pluribq, comodiq ob evitandum errorem Divisor constituetur superiore, Dividendq inferiore loco, spatiumq in hos medium relinquetur, quoto inscribendo vacuum, postmodum ad eò meliq distinguendas Spes" Lineæ quoq perpendiculares comodissimè duci queunt.

ij. Collocatione ritè factâ, ita nempè, primâ divisoris Spes" ad sinistram posita sit ad primam dividendq, si eadem sit minor: ad secundam, si major. Ad manq rursq habeatur Canon Sexagenarum, cq usq in Divisione talis est: Dividendq semper scrib. in areâ, in ipsâ Divisoris accepti columnâ; Divisor v. assumitur vel in fronte, vel in calce: Quotus v. in latere vel dextro vel sinistro. Postmodq ut in vulgari Divisione Quotq est ducendq in singulos Numeros Speciei Dividentis et Numeri inde producti convenientibq locis

Divisio.



29. Augusti hc. h. 8.

inferne scripti ab illis sit auferendum & residuum tandem rursus suis locis notandum.

3. Quod si post Subtractionem Numeri maneant residui, transferantur Numeri Dividentes ordine uno toto versus dextram & instituatur iterum calculus aut divisionis ratio: quae translatio comodissime per Asteriscum expediri potest talem *.

4. Si divisor alicubi major dividendo ponitur, ciphra ad Quoti locum est scribenda, & divisor promovendus. Quae operatio toties repetenda, quoties usus requirit. Sint E.g. Dividendi diaci gradus 47. 18. 39. 41. 55. 32. 33. 19. 12. (with superscript marks 0, I, II, III, IIII … VI, VII, VIII) per motum Solis diurnum compositum ab aequinoctio medio quod est 0. (nullus) gradus:

	°	I	II	III	IIII	V	VI	VII	IIX
Divisor	0	59	8	19	37	24	25	41	39
Quotus		48							
Dividendus	47	18	39	41	55	32	33	19	12
Productus	47	6	15	29	19	20	32	31	12
		12	24	12	36	12	0	48	
Aggregatus	47	18	39	41	55	32	33	19	12
	0	0	0	0	0	0	0	0	0

Sit $7^{ra}.56^{ta}.53^{o}.29'.36''$. dividantur per $54^{o}.11'.32''$:

Divis.		54°	$11'$ *	$32''$		
Quotus		8ra	48°			
Dividend.	7	56	53	29	36	subtrahe
Productum primum.	7	1 12	4 28	16		Adde
Aggregatum	7	13	32	16		
Residuum I.	0	43	21	13	36	subtrahe
Product. II.		43	8 12	25 48	36	Adde
Aggregatum		43	21	13	36	
		0	0	0	0	

CL.

VI. Propositio.

Speciem ex Divisione provenientem scire. Noscitur et haec tum generaliter, tum specialiter. Generaliter: Quotus tantum ab integro, quantum Dividendus à Divisore distet, ut sexagena prima per scrupula prima divisa dant secundas, quia duob. intervallis Dividendus Divisorem superat. Scrupula prima v. per primas divisa dant secunda, quia duobus locis à Divisore superatur. Deinde specialiter. I, Si utrobique Denominationes

$48^{\prime}\ 40^{\prime\prime}$ / $20^{\prime}$ Q $2^{0}\ 26^{\prime}$

eædem eidem fuerint Generis,
Quotus refertur ad integra, ut 48.40
distributa per 20. Quotienti tribuun
$2^{0}.26^{\prime}$.

2 Si Denominationes fuerint dispa
Speciei, eidem tn Generis, aufertur
nota minoris Speciei à Majore, et
residua ostendet spem emergentem:
q vel eidem gris cum utraq Spe em
qn videl. nota dividenda Speciei
major fuerit, sive ab integro dist
terit longius: vel diversi gris, cum
nota dividenda Speciei fuerit mi
nor, ut si 4. scrupula dividantur in
secunda, exeunt 2da. Si tertia se
cundis distribuantur sexagenis, prima
resiliunt.

3. Si diversi fuerint Generis, De
minaões utriqq partiente addita,
tuunt Spem Quotam, q semp gre
gruit cu specie dividenda, ut de
scrupulis primis divisis in 2as
scunt Scrupula 3a, de sexagenis
his distributis in Scrupula 2a pro
neunt 5a. Continetur et hic uterq
cùm Generalis, tùm Spealis modus
ce Disticho:

Quantò scedgerit majorve minorve se
Tantò extrema nota è integritate

quæ tn oĩa et illis partitionis Exẽplis
attigenda, in quõ Dividendus Divisore
major est: cùm n. hic illo major
erit, Spẽs semp proximè minor prodibit.

FINIS SECUN-
DÆ SECTIONIS.

1. Septembr. A. h. 8.

SECTIO III.

qua continetur

GEOMETRIA.

ELEMENT.

I.

Dicta est Geometria παρὰ τὸ γεωμετρεῖν, q. est terram metiri, voci per synecdochen ampliatione facta. Neq. n. terrae solum mensurandae rationem docet, sed et in aquae, in aëris, in Coeli, usq. omnis rei mensurabilis magnitudine investigandae usum habet. Unde in Genere defi

Definitio.

II.

Geometria est Scientia magnitudinis.

Geometria est et Gnalis, et Spealis.

III.

Estq. tum Generalis, tum Spealis.

illa
Theoretica, scil. Geometria
haec
Practica, scil. Geodæsia.

IV.

Geometria Generalis s. Theoretica et κατ' ἐξοχὴν Geometria vulgo appellata, est quae Magnitudinem τὴν νοητὴν s. ab omni materia abstractam eiusq. Principium, Affectiones, et ... eius considerat.

V.

Specialis v. seu Practica, et ... tè Geodæsia, q. d. terrae partitoria

dicta, quæ Magnitudines quascunq́ in certis distinctisq́ mensuris, cùm in Genere, tùm in Specie determinare do„cet.

VI.

Hinc iterum duplex oritur Geodæsia, alia nempè Communis & gratis, alia Propria & Spealis.

Geodæsia duplex: Communis & Propria.

VII.

Cōmunis dr, quæ cōmunem laterum atq́ Angulorum quantitatem in figu„ra Geometricâ ô quavis, sed primatm & simplicissima, Triangulari nempè, Canonis Triangularis adjumento p scrutatr, utq́ recepto sic haud ine„pto noie Trigonometria salutatr.

Cōmunis q̃ dr.

IIX.

Propria v. & Specialis vocatr, quæ ppri„as Magnitudinis Spẽs adhibitis Instru„mentis idoneis indagat, & p Specier harum triplicitate tribus quoq́ distin„ctis insignitur Titulis, Euthymetriæ, Epipedometriæ, & Stereometriæ.

Propria q. s.

Propria rursq triplex: Euthymetria, Epipedometria & Stereometria.

IX.

Euthymetria q. rectimensoria s. lon„gimensoria, quæ circa lineas occu„pata, longitudinem rerum sivè ἄνω, sivè κάτω, sivè εὐθείας ingrit.

X.

Epipedometria q. d. planimensoria,

superficierum et (quæ superficierum claudunt Terminis) Figurarum dimensionibus applicata, quantitatem earum supius exteriorve apparentem sive aream comprehensam notificans.

XI.

Stereometria, q. solidimensoria, corporum mensurationib. accomodata, eorundem capacitatem definit. De qb. omnibus & singulis pro instituti ratione hic agere non licet.

XII.

Magnitudo qd?

Magnitudo est quantitas continua, cujus partes communi Termino ἀδιαιρέτῳ privativo copulantur h.e. cujus partes in unâ extremitate communi uniuntur.

XIII.

Principium Magnitudinis quod?

Magnitudinis principium est Punctum.


XIV.

Punctum est 3plex.

Punctum in Philosophiâ dari solet triplex: 1. Physicum, q. cretâ pingitur, nec omni caret latitudine, co nihilominus facilioris doctrinæ gratia utimur. 2. Opticum, q. longè majorem sæpè agnoscit latitudinem, scopus, quem sibi præstituunt Sagittarii, & ad quem fert Linea,

Punct. Physicum.

Punct. Opticum.



dicit fiducialis, 3. Mathematicum, Graec. σημεῖον, & definit ab Euclide lib. 1. Def. 1. ὃ μέρος οὐδέν, cujus pars nulla est, h. e. punctum est quoddam indivisibile, non sensu perceptibile, sed mente tm̃ conceptibile; de hoc solo, qa solum est magnitudinis principium hoc lõ sermo est.

XV.

Affectiones Magnitudinis aliae sunt absolutae, ut Terminatio & Sectio; aliae relatae, & illa vel ratione Numeri, ut Symmetria & Ratio, ~~alterius Magnitudinis, ut Contactus, Sectio~~ vel ratione alterius Magnitudinis, ut Contactus, Sectio, Congruentia, & Adscriptio.

XVI.

Terminatio est affectio Magnitudinis cujusq; Genesin consequens, ut Lineae α. β. Terminaõ fit in duobus punctis α. & β: Anguli α. β. γ. in duobus cruribus α. β. & β. γ: Trianguli β. γ. δ. tribus lateribus β. γ. γ. δ. & δ. β. terminatur.


XVII.

Sectio est, quae ex analysi magnitudinis in suos Terminos oritur; sic linearum sectio fit in puncta, Angulorum in crura, Triangulorum in Latera.


Si vis scire qd ẽ quid sit punct mathematicum, imaginare tibi punct q instar cuspidis acu adhuc minus sit, & tale erit punct Mathematicum, q aliter pingi neqt.

Affectiones Magnitudinis q?

Terminaõ qd?



Sectio quid?



Σ. Septemb. ☿. h. 8.

XIIX.


Terminus qd. — **Terminus est, q. alicujus extremum est:** sic puncta Linear., linea Superficierum, superficies Corporum st Termini. **Corpora v.** cùm ab aliâ q̄ntitate nullâ dimensione superent, **nulliq. Termini esse po[ss]unt.** 13. def. 1. Eucl.

XIX.

Symmetria qd. — **Symmetria est rãm quam magnitudines d[icu]ntur commensurabiles: Asymmetria contra** rõm quam d[icu]ntur incommensurabiles.

XX.

Magnitudines comensurabiles d[icu]ntur quas eadem mensura metit[ur]; ita lineæ duæ ε. ζ. & η. θ. vocantur commensurabiles, quoniã illas eadem Linea κ. λ. metitur. Similiter duo quadrata ε. ζ. η. θ. & κ. λ. μ. ν. st comensurabilia, quoniam sint eadem mensuram quadrat. ξ. ο. π. ρ.



XXI.

Incommensurabiles sunt, quorum nullam co[m]munem mensuram contingit, quales st latus & Diagonus quadrati.



XXII.

Rão qd. — E. g. quadratus q[ui] s[e] d[is]tinct in quovis latere 6. partes.


Ratio est rãm quam Magnitudines dicuntur rationales, h. e. quorum magnitudo certo numero exprimi pt. dicuntur q̄ntitas: q[ui]b[u]s opponunt[ur] Ma[...]

tudines irrationales, Gr. ἄλογοι, quæ nullo exacto Numero determinari possunt.

E.g. Latus quadrati et Diagonus ejus.

XXIII.

Contactus est, quo punctum unius Magnitudinis tangit punctum alterius, ut Linea σ.τ. contingit Peripheriam υ.φ.χ. in unico puncto υ.



Contactus qd.

XXIV.

Sectio (relata) est, qua punctum unius secat punctum alterius, ut Linea ψ.ω. secat Lineam φ.χ. in unico puncto ς.



Sectio qd.


XXV.

Congruentia est eadem quam Magnitudines dantur Congruæ, Gr. ἐφαρμογὴ, ἐφάρμωσις.

Congruentia qd.


XXVI.

Congruæ Magnitudines sunt quarum partes applicatæ partibus æqualem locum occupant, ut Triangula duo α.β.γ. & ε.ζ.η.



XXVII.

Ubi tamen confundenda non est ἐφαρμογὴ hæc Mathematica cum applicatione mechanica s. physica: illa magnitudo abstracte mentis tantum acie et præcisione mensuratur: hæc, vero sensu ipso dijudicatur, ut si ulna applicetur segmento panni, vel annulus annulo est ἐφάρμωσις mechanica et sensu dijudicata, non Mathematica.



3. Septemb. 24.

XXIIX.

Asscriptio qd.? Asscriptio est, rdm quam Magnitu[dines]
nes asscriptæ vocantur.

XXIX.

Asscriptæ Magnitudines sunt in se
quarum Termini alterius Terminis
terminantur. Suntque vel inscriptæ
quæ intra, vel circumscriptæ, quæ ex-
tra sunt, ut Circulus Diametro est circum-
scriptus; Diameter circulo inscripta.

XXX.

Species Magnitudinis sunt tres;
nempe Linea, Superficies, et Cor-
pus.

XXXI.

Quid Linea? Linea est longitudo latitudinis expers
s. ut loquitur Gellius, est longitudo illa[ti]-
bilis. def. 2. I. Eucl.


XXXII.

Linea consideratur vel ἀπλῶς sim-
pliciter et absolute, vel ἐν συγκρί-
σει in comparatione s. comparate: Ab-
solute spectata Linea est vel recta
vel curva; Comparate considerata
est vel perpendicularis, vel Parallela.

XXXIII.


Linea recta qd.? Linea recta est, quæ ex æquo sua
interjacet Terminos. def. 4. I. Eu[cl.]
h.e. in qua nihil flexuosum reperitur,
ut nusquam sit sublimior, nusquam hu-
milior, unde secretarium Archime[dis]

Linea recta est brevissima intra suos Terminos, ut Linea ε. ζ. η. brevissa ē intra suos Terminos, à puncto nimir ad punctū extensio: Linea verò ε. θ. η. ō item.



XXXIV.

Curva contrà est, quæ intra sua puncta inæqualiter injacet: hæc igr longissa quoq ē intra suos Terminos: et eò semp longior, quò magis à rectitudine recedit.



XXXV.

Estq vel Simplicir curva, vel variè curva.


XXXVI.


Simplicir curva est Linea circularis, quæ undiq æqualiter distat à medio comprehensi spatii puncto ut κ. λ. μ.



XXXVII.

Variè curvæ Lineæ st Variæ, ut Spirales, Gr. ἕλικες seu Linea ν. ξ. ο. Conchalis, ut π. ρ. σ. Ovalis, ut τ. υ. φ. Lenticularis, ut χ. ψ. ω. Undosa, ut α. β. γ. δ. Huc quoq ptinent tres illæ Lineæ ex triplici Sectione Coni ortæ: Elliptica, ut ε. ζ. η. Hyperbolica, θ. κ. λ. Parabolica μ. ν. ξ.





XXXIIX.

Linea ppendicularis q[uae]d[?]

Lineæ ppendiculares sunt, quarum
altera in alteram incidens Angu[los]
q deinceps fiunt s. contiguos æq[ua]
les efficit; ex def. 10. I. Eucl. ut o.
τ. & ς. ϖ. τ.



XXXIX.

Parallelæ q[uae]d[?]

Lineæ Parallelæ sunt, q. ubiq[ue] ab
invicem distant æquali. ex def. 35.
Euclid. ut υ. ς. & χ. ψ.


XL.


Ex Lineis constituit[ur] & Angul[us] &
Figura.

XLI.

Angul[us] q[ui]d[?]

Angul[us] est Linearum (vel Superfi[cierum])
sese mutuò tangentium & n[on] in dire[ctum]
jacentium, alterius ad alteram inclin[atio]
ex def. 8. I. Euclid. ut a. b. γ. (Q[uae]
Lineæ hîc unâ Crura; atq[ue] semp[er]
Geometris angul[us] trib[us] liter[is]
ris, è q[ui]b[us] media est characteristic[a an]
guli propositi, quem designat. R[?]





XLII.

Angulus est vel simplex, vel mi[xtus]

XLIII.


Angul[us] simplex est, q[ui] orit[ur] ex dua[rum]
Linearum eiusdem Generis incli[na]
tione. Estq[ue] vel rectilineus vel [cur]
vilineus.

XLIV.

Rectilineus est Angulus, cùm, quæ Angulum continent, Lineæ sunt rectæ. def. 9. I. Euclid. Estque vel rectus, ut o. vel obliquus.

XLV.


Angulus rectus est, cujus crura invicem sunt perpendicularia. ex def. 10. I. Euclid. ut uterque Angulorum contiguorum, quos Linea una ϖ. τ. alteri o. ς. insistens, aut eam secans æquales efficit, ut o. π. τ. et ς. π. τ. obliquus contrà.



4. Septemb. ♀.

XLVI.

Angulus obliquus est vel acutus, vel obtusus. Ille est Minor: hic Major Recto. ut angulus υ. π. τ. est acutus, Angulus verò υ. π. ς. est obtusus.




XLVII.

Angulus curvilineus est, qui ex duobus curvis constituitur Lineis, ut angulus α. β. γ.



XLIIX.


Angulus mixtus est, qui ex unius curvæ et alterius rectæ inclinatione oritur, ut angulus δ. ε. ζ.




XLIX.

Figura est, quæ sub aliquo vel ali-

Figura qd:





quibq Terminis comprehenditur: scil. ut circumquaq illis Termin[is] claudatur. def. 14. I. Euclid. Hujus consideranda veniunt tùm Part[es] tùm Affectiones.

L.

Partes sunt vel Essentiales, vel [Ac]cidentales.

LI.

Essentiales st Centrum & Peri[f]meter.

LII.

Centrum est punctum in figurâ me[]dium. Ex def. 16. I. Euclid, Ut in propositis Figuris punctum a.

LIII.

Perimeter est comprehensio Figura[e] ut in Figuris β. γ. δ.

LIV.

Accidentales Figura partes st v[el] Separabiles, ut Radij, Diameter, vel inseparabiles, ut Altitudo.

aliàs Semidiameter.

LV.


Radius est recta à Centro ad Perim[e]trum, ut Figuris antea subjec[tis] vide a. β. a. γ. & a. δ.

LVI.

Diameter est recta inscripta Fi[gu]ra p Centrum, utrinq attingens [Pe]rimetrum, quarum in una Figu[]râ possunt esse infinita.

LVII.

Altitudo est perpendicularis à Vertice Figuræ ad basin, ut in Triangulo est altitudo δ.ι.



LIIX.

Affectiones Figuræ considerantur vel in unâ Figurâ, ut Ordinatio, Primatus, & Ratio: vel in duabus, ut Isoperimetria, Proportio, Similitudo.

LIX.


Ordinatio est, per quam Figura est ordinata, h.e. cujus Termini & Anguli inter se sunt æquales; harum in singulis figurarum speciebus tantum datur unica. v.g. Triangulum æquilaterum, quadrangulum quadratum, pentagonum, hexagonum etc. Circulus octaedrum, icosaedrum, Cubus, dodecaedrum, & Sphæra.

Ordinatio quid?

LX.


Primatus est, per quam Figura est prima; h.e. in alias simpliciores Figuras individua. Hujusmodi Figuræ tantum duæ sunt videl. Triangulum in superficialibus, & Pyramis in solidis.

5. Septembr. ♄. h. 8.



LXI.

Ratio est, per quam Figura est rationalis, h.e. quæ à basi & altitudine rationalibus in se comprehenditur, ut proposita Figura quadrilatera a.β.γ.δ. rationalis est, quia basis illius a-δ & altitudo a-β.



est rationalis s. certo Numero explicabilis.

LXII.

Isoperimetria est, per quam Figuræ sunt isoperimetræ, h. e. æqualis ambitus, v. g. Figuræ adjectæ ε. ζ. η. θ. & κ. λ. μ. ν.

LXIII.


Proportio est per quam Figuræ sunt proportionales, h. e. quæ eandem dimensionis inter se habitudinem habent, ut Figuræ æque altæ sunt ut bases, & contra. v. g. propositæ figuræ κ. λ. ζ. ο. & ο. ζ. μ. ν. sunt proportionales.


LXIV.

Similitudo est, qua Figuræ dicuntur similes, h. e. æquangulæ, & proportionales cruribus æqualium angulorum. Ita Triangula æquilatera, & Circuli cujusvis Magnitudinis, sunt similes. Hactenus prima Magnitudinis Species, sequitur secunda nempe

LXV.

Superficies, estque quæ longitudinem latitudinemque tantum habet. def. 5. I. Euclid. atque sic plus dimensionem, quam secundum longum communem habet cum Linea, etiam secundam latitudinem mensurabilis.









NB. Si vis proprie tibi imaginari Superficiem Mathematicam, imaginare tibi folium s. laminam auri. Superficies n. Mathematica est alia quam Physica, quia hæc (scil. Phys.) non caret profunditate, Mathematica vero omnino caret.

eſt: oĩ tri menſurâ in p̃fundũ c̃ſtituta.
Eſtq́ vel plana, vel gibba.

LXVI.

Superficies plana eſt, quæ ex æquo ſuas interjacet Lineas: def. 7. I. Eucl. Eſtq́ oium, q́ eosdem hñt Terminos, & minima atq́ breviſſima. Hæc rursq eſt vel rectilinea, vel curvilinea; Illa eſt vel Triangulũ, vel ex Triangulis compoſita: hæc Circulq.

LXVII.

Triangulum eſt prima Figura rectilineorum, q. comprehenditũ à tribus lineis rectis. ex def. 21. I. Euclid.

LXVIII.

Poteſtq́ duplici raoẽ dividi, nempè vel raoẽ laterum, vel raoẽ Angulorum. Ex laterum raoẽ Triangulum aliud eſt Iſopleuron h. æquilaterum, aliud Iſosceles s. æquicrurũ, aliud Scalenum, s. varium. Ex raoẽ Angulorũ ẽ vel rectangulum vel obliquangulum.

LXIX.

Triangulum Iſopleuron eſt, q. tria hẽt latera æqualia. ex def. 24. I. Eucl. ut α. β. γ.

LXX.


NB. Metiq Geometr. pract. part. 1. c. 6. ſcribit, Triangulum poſſe c̃ſtitui et quatuor, qnq, ut ſex laterum, E. g. hoc modo:

Hoc n. ñ eſt Trigura compoſita



Sed minq rectẽ: angulum, ſed figura ex Triangulis.





Triangulum Isosceles est, q duo latera ht æqualia, tertio vel majo-
re vel minore existente. ex def. 25.
I. Eucl. ut Triangulum δ. ε. ζ.




LXXI.

Triangulum. scalenum est, q tria
inæqualia ht latera. ex def. 26
I. Eucl. ut Triangul. H. θ. κ.

LXXII.

Triangulum rectangulum, Gr.
ὀρθογώνιον, (sive illud sit Isosceles
sive scalenum) unicum ht an-
gulum rectum. NB ex def. 27. I. Eucl.
ut isosceles λ. μ. ν. et scalenum
ξ. ο. ϖ.



NB scil. actu,
potentiâ namq;
oē Triangul.
duos rectos æquivalet.


7. Septemb. ☽. h. 8.

LXXIII.

Triangulum obliquangulum
q nullum (actu) ht angul. rect.
Estq; p duplicitate Angulor obli-
quorum duplex, nempe vel Oxy-
gonium s. acutangulum; vel
Amblygonium, s. obtusangulum.


LXXIV.


Oxygonium est, quod tres angul.
ht acutos. ex def. 28. I. Eucl.
vel æquilaterum, ut Triangul. ϖ. ς. σ
vel Isosceles, ut τ. υ. φ. vel Scalen.
ut χ. ψ. ω.



LXXV.

Amblygonium est, q unū tm̄ ht-
angulum obtusum. Estq́ vl Iso„
sceles, ut Triangulū α. β. γ. vel
scalenum, ut δ. ε. ζ.





LXXVI.

Atq́ sic in universum Triangu„
lorum plures ō ponnt dari formæ,
quàm octo: Duo nempè Orthogonio„
rum, Isosceles & Scaleni: Qua„
tuor Oxygoniorum, æqlateri, æ„
quicruri gemini, & Scaleni: Duo
Amblygoniorum, Isoscelis & Sca„
leni.

LXXVII.


E Triangulis compositum
est Quadrangulum, qnquan„
gulum, sexangulum, septan„
gulum, octangulum, &c.


LXXIIX.

Quadrangulum est, quod à qua„
tuor lineis rectis comprehenditur.
ex def. 22. I. Eucl. Estq́ parallelo„
gram̄um aut Trapecium.


LXXIX.

Parallelogrammum est quadran„
gulum lateribus oppositis paral„









llum, ut a. b. γ. δ. Cujus obser-
vanda st partes & species.

LXXX.

Partes sunt quatuor: Bina nim-
rum diagonalia, & bina Comple-
menta.

LXXXI.

Diagonalia sunt partialia Pa-
rallelogramma communis angu-
li & Diagonii cum Parallelogra-
mo totali, ut in parallelogramō
a. β. γ. δ. st diagonalia ε. β. H. K.
& θ. κ. ʒ. δ. Sic in Parallelogram-
mo ℭ. ʒ. Diagonalia st o. ℭ. & ϖ.
scil. obliquangulo, Rhomboide ...
ϖ. Sic in parallelogrammo ϖ.
Diagonalia st υ. ψ. & φ. τ.

LXXXII.

Complementa st partialia paral-
lelogramā, a conterminis Dia-
gonalium lateribꝫ comprehen-
sa, ut in parallelogramō a. γ.
complementa st H. ʒ. & a. κ.
Sic in parallelogrammo λ. ℭ. com-
plementa sunt ϛ. ϖ. λ. τ. Item
in parallelogrammo σ. ϖ. com-
plementa sunt τ. χ. & σ. ψ.

LXXXIII.

Hæc duo Complementa cum

uterutro Diagonali conjunctim, sumta, speciali noie vocantur Gnomon. ex def. 2. II. Eucl.
Cujus in enunciandarum trium Parallelogrami partium compendio usq est, ut α. κ. γ.

LXXXIV.

Species Parallelogrami è Subjectis patent Divisionibq. Est n. Parallelogramum vel rectangulum, vel obliquangulum.

LXXXVI.

Parallelogrammum rectangulum est, quod oẽs angulos rectos ht; Estq aut quadratum aut oblongum.

LXXXVI.


Quadratum est rectangulum aequilaterum. def. 30. I. Eucl. ut α. γ.

LXXXVII.

Oblongum est rectangulum sed inaequilaterum: ht n. duo tm latera opposita aequalia. ex df. 31. I. Eucl. ut ε. H.


LXXXIIX.

Parallelogrammum obliquangulum est, q oẽs Angulos obliquos habet; Estq vel Rhombus, vel Rhomboides.



NB.
Differunt Quadratum et Quadrangulum ut latius et angustius; oẽ n. quadrangulum qd est quadratum, sed ñ econtra.

8. Sept.



LXXXIX.

Rhombus est obliquangulũ æqui-
laterum: ex def. 32. I. Eucl. h[abens]
semꝑ binos angulos oppositos [inter se]
æquales; ut Rhombq α. β. γ. δ.

XC.

Rhomboides est obliquangulum in-
æqlaterum, cujꝰ tantũ opposita
latera existunt æqualia. ex def.
33. I. Eucl. ut ε. ζ. η. θ.


XCI.

Trapecium, est quadrangulũ
non Parallelogrammum. ex def.
34. I. Eucl. Estq́ aut rectangu-
lum, ut κ. λ. μ. ν. vel obliqu-
angulum, ut ξ. ο. ϖ. ς.

XCII.


Quinquangulum, est, q. quinq[ue];
Sexangulum, quod sex; septan-
gulum, q septem; octangulũ
q octo comprehendit lineis re-
ctis. &c. ut qnquangulũ α. β. γ.
δ. ε; sexangulũ ζ. η. θ. ι. κ. λ.
septangulum μ. ν. ξ. ο. ϖ. ς. σ.
octangulum τ. υ. φ. χ. ψ. ς.
ϑ. In quolibet multangulo ge-
num ordinatũ ẽ, h. e. æqangulũ

et aeqlaterum, reliqua inordinata.



XCIII.

Circulus est Figura plana, sub una linea curva comprehensa, ad quam à Centro cadentes oēs rectæ lineæ inter se sunt aequales. ex def. 15. I. Eucl. ut lineæ β.γ.δ.ε.



XCIV.

In Circulo considerantur Lineæ et Segmenta. Lineæ sunt vel simplices, vel mixtæ. Lineæ simplices sunt totæ intra Circulum permanentes, quæ Inscriptæ communiter vocantur; aut totæ extra Circulum existentes, et Asscriptæ appellantur.

XCV.

Rectæ Inscriptæ arcum Circuli vel ex utraq parte contingunt, et Subtensæ nominantur: vel ex altera tm̄ parte contingunt et Sinus dicuntur.

NB.
Errant illi q Lineas inscriptas in Diametrũ et Adiametrũ dividunt.

XCVI.


Subtensa, Gr. ὑποτείνουσα, vulgò Chorda, est recta Circulum in duas partes dividens, et utramq

pariter subtendens. Estq; vel maxima, vel minor.



XCVII.


Subtensa maxima est Diameter, quæ est recta quædam Linea p Centrum ducta, et ex utraq; parte in Circumferentiam terminata, q Circulum bifariā secat, et totū planum contentum Peripheriā, et ipsam Peripheriam in partes æquales, cum nulla aliam excedat. Def. 17. l. Eucl. ut ε. λ.



9. Sept. ☿.

XCIIX.

Subtensa minor est quæ Circu[lum] in duo segmenta inæqualia dividit, adeoq; ex parte una minor[em], ex alterā majorem Semicirculo arc[um] subtendit, ut recta β. δ. quæ [ex] parte supiori segmento minori β. λ. δ.; ex parte inferiori majori β. ε. δ. respondit.




XCIX.

Huiusmodi Subtensis Ptolomæus potissimum aliiq; è Veterib. Mathematicis Usu Diametrum ce[u] Subtensam maximam, p cuius omnium reliquar mensurā ad[...]

duxerunt, eamq; in 120. particulas ta-
les, quales Semicirculus hi 180. distri-
buerunt. Recentiores viâ longè
compendiosiori missis Subtensis ea-
rundem Semisses acceperunt, easq;
noie Arabico noie Sinus appellita-
runt.


C.

Sinus in gre est recta ab arcus termino ppendicularis, ut recta β.δ; ξ.o. Estq; vel totus, vel rectus, vel versus.



CI.

Sinus totus est radius sive Semidiameter Circuli ut a.λ; a.ε, a.cu, a.ν.




CII.

Sinus rectus est dimidium Chordæ subtendentis arcum, ut β.π. δ.π. ξ.δ.o; ξ.ρ.o.6:

CIII.

Sinus versus est pars Diametri secans Chordam, dicitq; vulgò Sagitta, ut linea λ.π; cu.ξ; ν.o.



NB. Hoc est Schema, quod ad oia Elementa à 97. usq; ad 109. usurpari potest.

CIV.

Linea adscripta sunt Tangentes, si producant Circulum non secant. ex def. 2. III. Eucl. ut linea cu.υ; ν.τ. Linea hæc Purbachio, &c.

giomontano, & Reinholdo ob U-
imensi ubertatem **Numerus**
fœcundus appellatur.

CV.

Mixtæ Lineæ sunt partim in Cir-
culo hærentes, partim extra e-
undem procurrentes usque ad Tan-
gentes continuatæ, ut a.T, a.v
& Transscriptæ s. trajectæ vo-
citari possunt.

CVI.

Segmenta Circuli sunt Sector,
Sectio.

CVII.

Sector Circuli est, cum ad ipsi-
Circuli Centrum constitutus fue-
rit Angulus φ.a.x. Estque figura
comprehensa à rectis φ.a, a.x
angulum continentibus, & à Periphe-
riâ φ.ε.x. ab illis assumta. d.
9. III. Eucl.

CIIX.

In Sectore est Angulus in Centro
& Angulus in Peripheriâ: Ille
angulus comprehensus à duabus r-
ectis inscriptis, & in Centro Circu-
li conterminis, ut φ.a.x: hic
Angulus comprehensus à duabus re-



inſcriptis, et in Peripheriâ qkrmi-
nis, ut φ·λ·χ.

CIX.

Sectio eſt Segmentũ Circuli rectaq comprehensum ab unâ rectâ quæ baſis Sectionis dicitur: Eſtq aut æqualis ſ Semicirculo, ut μ·λ·ν; μ·ε·ν, ſic λ·μ·ε· et λ·ν·ε: aut inæqualis h.e. vel Semicirculo minore, ut β·λ·δ; β·μ·ς; δ·ν·σ; vel major, ut β·ε·δ; β·ν·ς; δ·μ·σ.

Fuit ſuperficies plana: ſequitur

CX.

Superficies gibba, eſtq quæ inæqualiter ſuos interjacet Terminos, ut ~~figura~~ a·β·γ. Eſtq duplex: cōvexa, et Cōcava.


CXI.

Superficies gibba cōvexa eſt exterior rotundi ſuperficies, ut ſuperficies ſuperior lapidis molaris ſtantis, vel ipſiq etiam Terra quam pedibq calcamq.

CXII.

Superficies cōcava eſt interior rotundi ſuperficies, ut ſuperficies fornicis, vel lapidis molaris excavati, vel ipſiq Cœli, quem oculis quotidie uſurpamq.

De
Superficie gibbâ.



CXIII.

Utraq; est vel Simplex, vel mix
Illa est Sphærica & globosa; hæc
verò varia.

CXIV.

Superficies Sphærica est gibb
æqdistans à Centro comprehens
spatii. ex def. 14. XI. Eucl. ut δ
ε. 3.




CXV.

Varia est gibba cujus basis est pe
ripheria: Lat; recta à Termin
verticis in Terminum basis te
dens. Estq; Conica aut Cylind
ca.

CXVI.

Conica est, quæ à subjectâ pe
pheriâ æqualiter fastigiatur
ad verticem. ut H. θ. κ.



10. Septemb. ♃.

CXVII.

Cylindrica est, quæ à Subjectâ pe
pheriâ ad sublimem, æqualem
& parallelam peripheriam æqua
erigitur, ut λ. μ.



Restat tertia Magnitudinis
cies, nempè

CXIIX.

Corpus s. Solidum, estq; q long

Gr. στερεόν. & distinguitur à Corpore Physico, quod constat materia & forma, & dicitur σῶμα.

-tudinem, & latitudinem, & crassitiem habet. def. 1. XI. Eucl. Ejusq́ extremum est superficies, def. 2. I. Eucl. Diameter circa quam convertitur Corpus vocatur Axis, def. 14. 19. 29. XI. Eucl.

CXIX.

Corpus est vel similare, vel dissimilare: illud ē vel Planum, vel Sphæricum: hoc vel simplex, vel mixtum.

CXX.

Corpus planum ē ex superficieb9 vel Trigonis, vel Tetragonis, vel Pentagonis.


CXXI.

Quod ex superficieb9 Trigonis, est vel Tetraëdrum, vel Octaëdrum, vel Icosaëdrum.

CXXII.


Tetraëdrum est Figura solida sub quatuor Triangulis æqualib9 & æquilateris gtenta. def. 26. XI. Euc. ut α. β. γ. δ.







CXXIII.

Octaëdrum est figura solida sub octo Triangulis æqualib. & æqlateris gtenta. def. 27. XI. Eucl. ut ε. ʒ. H, vel θ. ι. κ. λ.






CXXIV.



12. Septemb. hx.



Icoſaëdrum eſt figura ſolida su
viginti Triangulis æqualibq
æqlateris gſtata. def. 29. XI. E
ut figura ζ. υ. ξ. o, vel ϖ. ς. σ.
τ. υ. φ.

CXXV.

Quod ex Superficiebq Tetragon
eſt Cubus, eſtq figura ſolida
sex quadratis æqualibq conte
def. 25. XI. Eucl. ut α. β. γ. δ.
Huc pertinent Parallelipeda,
rum tot ſunt gra, quot Parall
gramorum, ut q ſunt altâ p
te longiora; item Rhombq, R
boides.

CXXVI.

Quod ex Superficiebq Pentagon
eſt dodecaëdrum, eſtq figura
lida sub duodecim pentagoni
quilateris & æquiangulis con
ta. def. 28. XI. Eucl. ut α. β.
ε. ζ. η. θ. ι. κ.

CXXVII.

Corpus Sphæricum eſt Sphær
globq, eſtq figura ſolida una
pficie comprehenſa, ad quam
Centro cadentes oēs rectæ lin
ſe ſt æquales, ut λ. ζ. υ. ξ.

CXXIIX.


Corpus dissimilare simplex est, quod constituitur ex diversis planis. Estq; aut Pyramis, aut Prisma.


CXXIX.


Pyramis est figura solida, q̃ planis c̃tinetur, ab uno plano ad unũ punctum constituta. Potest a. illud unum planum, à quo oĩa tendunt, esse vel Triangulum, vel quadrangulum, vel quinquãgulum. ex def. 12. XI. Eucl. Unde Pyramis vel Triangula, ut o. ϖ. ϱ: vel quadrangula, ut σ. τ. υ. φ. χ: vel quinquangulare, ut ψ. ς. ω. ϑ. ευ. ει.

CXXX.


Prisma ẽ figura solida, q̃ planis continetur, quorũ duo opposita st æqualia, et similia, et parallela: alia v. parallelogramma. def. 13. XI. Eucl. Est nimirum Columna q̃dam laterata æqualis crassitiei, cuj bases opposita st æquales, similes et parallela, sive ha sint Triangula, sive quadrata, sive pentagona, sive hexagona, etc. Tot igr continebit parallelogramã quodlibet Prisma, quot latera s. anguli in unoquoq; oppositor planorum reperiuntur, ut, α. β. γ, δ. ε. ζ. H, θ. κ. λ. μ. ν,








14. Sept. ☽.





ξ. o. ϖ. ϛ. б. τ. υ.

CXXXI.

Corpus dissimilare mixtũ ē, q. ex planis et Sphaericis constituitur. Estq; Conq et Cylindrus.

CXXXII.

Conus est figura solida, q̃ à Conicâ suꝑficie et basi circulari comprehenditur. Fitq; conversione Trianguli rectanguli, manente altero crure circa rectum angulũ. Undè Conus est vel rectangulg si crus manens est aequale verso, ut φ.χ: vel obtusangulus ~~ut~~ si ming: ut ψ.5: vel acutangulg, si major: ut ω.8. ex 18. XI. Eucl.

CXXXIII.

Sectio Coni triplex triplices generat Lineas: vel n. secatꝫ perpendiculariter Linea axi parallela, et fit hyperbole, ut a.e: vel secatur axem obliquè disscans et ꝓducitur Ellipsis, ut i.o: vel à latere ad axem obliquè, ut sectio in contactu baseos finiatꝫ et fit parabola, ut u.y.

CXX

CXXXIV.
